



NOS el Licenciado Don Francisco de Monsalve Dean, y Canonigo en la Santa Iglesia de Sevilla, Provisor y Vicario general en ella, y su Arzobispado sedevacante, hazemos saber a todas, y qualesquier personas Eclesiasticas, y Seglares, Regulares, y Seculares, de qualquier estado, calidad, y condicion que sean, a quien lo infra scripto toca y tocar puede en qualquier manera, q̄ nuestro muy santo Padre y Señor Urbano VIII. confirmando el decreto que la felice recordacion del Papa Paulo V. abia dado, de que no se imprimiesen libros, ni tratados, tocantes a materia de Auxilios, sin especial licencia de su Santidad, a dado su decreto, que esta inserto en vnas letras del Illustrissimo señor Don Julio Sachetti Nuncio y Collector general Apostolico en estos Reynos de España, que es del tenor siguiente.



VLIVS Sacchetus Dei & Apostolicae Sedis gratia Episcopus

Graueñ. & sanctissimi D. Nostri D. Urbani diuina prouidentia Papa VIII. eiusdemq; Sedis in Hispaniarum regnis cum facultate Legati de latere Nuntius, iuriumq; Camerae Apostolicae Collector generalis, venerabilibus in Christo Patribus, Archiepiscopis, Episcopis, ac eorum discretis Prouisoribus, Officialibus, ac Vicarijs generalibus, & reuerendis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Dignitatibus, Rectoribus ac Vniuersitatibus, ceterisq; Christi fidelibus, Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum alias per felicis recordationis Papam Paulum V. decretum fuisset, & ordinatum, ne in materia de Auxilijs tractatus scriberentur, seu imprimerentur, prius quam ad sanctam Romanam, & vniuersalem Inquisitionem diuini tractatus & compositiones mitterentur, seu prefatus Sanctissimus Dominus noster confirmare, & innovare cupiens, in sancta Romana, & vniuersali Congregatione Inquisitionis decretum infra scriptum edidit, quo & praescriptum felicis recordationis Pauli Papae V. confirmavit, & de novo penas in contravenientes infligit, ad cuius publicationem, seu intimationem ac executionem vt procederemus, nobis mandauit, & ordinavit; & vt ad singulorum notitiam posset peruenire, in praesentibus inferi mandauimus: & est tenoris sequentis.

**FERIA V. DIE XXII. MAII, ANNO A NATI-
uitate D. N. Iesu Christi 1625.**

In Generali Congregatione Sanctae Romanae, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud S. Petrum coram Sanctissimo D. N. D. Urbano diuina prouidentia Papa VIII. ac Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in vniuersa Republica Christiana contra haereticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus a sancta Sede Apostolica specialiter deputatis. Cum alias fel. rec. Paulus Papa V. Praedecessor noster Decretum in generali Congregatione Sanctae Romanae, & vniuersalis Inquisitionis ediderit tenoris sequentis, videlicet.

Sanctissimus D. N. decreuit, vt scribatur Nuntijs Apostolicis, quod notificent, & ordinent Superioribus Religionum, Vniuersitatibus Studio rum, & Ordinarijs suae Nuntiaturae, ne sinant imprimi in materia de auxilijs, etiam sub praetextu commentandi Sanctum Thomam, aut alio modo, & qui volunt de hac materia scribere, & imprimere, prius mittant tractatus, & compositiones ad hanc Sanctam Inquisitionem.

Sanctissimus D. N. supra scriptu decretum hoc suo praesenti decreto confirmauit, & innouauit districte praecipiens, & mandans omnibus, & singulis cuiusuis Religionis, Ordinis, Congregationis, instituti, & societatis, etiam de necessitate exprimendae, Regularibus, & alijs quibuscumq; tam Ecclesiasticis, quam secularibus personis, cuiuscumq; status, conditionis, gradus, Ordinis, & dignitatis, tam Ecclesiasticae, quam secularis, vt in posteru non audeant imprimere, vel quoquomodo in lucem edere libros, tractatus, vel compositiones, ex professo, vel incidenter, aut praetextu commentandi diuini Thomam, vel quemlibet aliu Doctorem, aut alia quavis occasione, praetextu, vel modo de materia auxiliorum diuinorum tractantes, sine expressa, & speciali licentia a Sanctitate sua in Congregatione sancti Officii obtinenda, donec aliud in hac materia a Sede Apostolica fuerit ordinatum.

Vt autem huiusmodi decretum inuiolabiliter obseruetur, eadem Sanctus sua voluit, & declarauit, contrauenientes penas priuationis dignitatu, & Officioru suorum, vocis actiuae, & passivae, facultatis concionandi, public legendi, docendi, & interpretandi ipso facto, absq; alia declaratione non incurrere, & nihilominus alijs etiam penae Sanctitatis suae, & successoru suorum Romanorum Pontificum arbitrio infligendis subiacere.

Quos porro quos in futurum contra praesentis decreti tenorem edi contigerit, absq; alia declaratione, raquam expresse prohibitos haberi voluit: & impressores praeter amissionem librorum, pecuniarijs, alijsq; corporibus penae iuxta criminis grauitatem teneri mandauit. Contrarijs quibuscumq; non obstantibus.

Quo decreto per nos viso, vobis omnibus & singulis per praesentes mandamus, quatenus in parte, & partibus ad vos spectant, ad eius obseruantiam, & poenarum in eo contentarum executionem, prout de ius procedatis, ac in vestris dioecibus, districtibus, iurisdictionibus, Monasterijs publicis, & publicari faciat: contravenientes in censuras, & penas in eo contentas incurrisse, & incidisse declarando. Volumus autem, quod praesentium transumptis manu infra scripti nostri Secretarij referatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae si praesentibus exhibita forent, & ostense, adhiberetur. Datus Matriti Toletan. Dioecesis anno Domini 1625. die vero 22. mensis Augusti Pontific. Sanctissimi D. N. PP. anno eius tertio.

Iulius Episcopus Graueñ. N. S. Apostolicus.

De mandato suae Illustrissimae Dominationis.

D. Franciscus Gutierrez Zorrilla Secretarius.

Y Para que llegue a noticia de todos, mandamos dar, y dimos la presente, por cuyo tenor intimamos y notificamos lo suso dicho, a todas las dichas personas, para que lo vean, guarden, y cumplan, so las penas en las dichas letras Apostolicas contenidas. Dada en Sevilla, en onze dias del mes de Octubre de mill y seiscientos y veinte y cinco años.

Handwritten signature and scribbles.

